

51.
aduentu. per omnem utiq. creaturam. diuinum illud no-
men suum extendit. Non repletum accessione aliqua.
plentudo enim nescit augmentum. sed replet uacua.
ut esse & admirabile nomen eius in uniuersa terra.

Huius igitur effusio nominis. abundantem quandam
exuberantiam gratiarum. bonorumq. celestium signi-
ficat largitatem. Ex abundantia enim superfluit.
quicquid effunditur.

.VIII.

Itaque sicut creata non potest dici sapientia. que ex
dī ore procedit. nec uerbum quod eructatur ex cor-
de. nec uirtus in qua plentudo maiestatis æterna ē.
ita etiam creatus non potest sp̄s aestimari. qui ex ore
dī funditur. Cum ipse d̄s tantum ostenderit unita-
tem. ut effundere se des̄p̄ suo dicat. Quo intellega-
mus. quia etiam dī patris eadem gratia. que sp̄s sc̄i ē.
& quod sine incisione ac detrimento aliquo. diuida-
tur mentibus singulorum. Quod ergo des̄p̄ effun-
ditur. nec inciditur. nec partibus aliquibus corpora-
libus comprehenditur. aut sc̄catur. Quomodo enim
credibile est. quod sp̄s sc̄cetur aliquibus diuidatur.
Dicit iohannes de dō. Ex hoc cognoscimus. quia manet